

πεζῶν καὶ ἱππαρχιῶν ἢ ἄλλων κτημάτων, ὥς οἱ ἄλλοι τιμαριοῦχοι τῆς νήσου, ὁμολογῶν ὅτι τοιαύτη ἐξαίρεσις δὲν συμπεριλαμβάνεται ἐν τῇ πρὸς τὸν Μάρκον ἀπονεμηθείσῃ χάριτι 1365, Αὐγούστου 11.

F^o100^{to}

Millesimo trecentesimo LXV, mensis Augusti die XI.

Nota quod nobilis uir ser Thomas Minoto habens commissionem ad plenum a ser Marco Minoto predicto in presentia Dominij dixit et contentus fuit nomine procuratie supradicte, quod dictus ser Marcus debeat facere uarnitionem suam de cauallis, seruentarijs uel alijs locis suis, sicut faciunt alij pheudati insule et quod istud nullo modo intelligatur in gracia predicta, uel franchissijs sibi datis.

15

Ἐπειδὴ οἱ ρέκτορες φαίνεται ἐβασάνιζον τοὺς κατοίκους Κορώνης, Μεθώνης, Εὐβοίας καὶ Κρήτης, ἐξαναγκάζοντες αὐτοὺς εἰς συνεισφορὰς μεγαλυτέρας τῶν ὑποχρεώσεων των, καὶ ἐπειδὴ τὰς χώρας ταύτας ἡ Βενετία ἐθεώρει ὀφθαλμὸν καὶ δεξιὰν χεῖρα της, ἀπεφασίσθη ἡ ἐκλογή τριῶν προνοητῶν, ὑπὸ τοῦ Μείζονος Συμβουλίου διὰ τεσσάρων ψηφοφοριῶν, οἵτινες μεταβαίνοντες ἀλληλοδιαδόχως εἰς τὰ μέρη ἐκεῖνα συζητήσωσι μετὰ τῶν ρεκτόρων ἐπὶ τῶν παραπόνων τῶν κατοίκων. Συγχρόνως, ἐὰν συμφωνοῦσι, νὰ προσκαλέσωσι πάντας τοὺς ἔχοντες νὰ ὑποβάλωσι παράπονα ἐπὶ ἐκβιασμῶν, βιαιοτήτων ἢ ἄλλων δεινῶν κατὰ τῶν ρεκτόρων ἀναδρομικῶς ἀπὸ δεκαετίας μὲν διὰ τὴν Κορώνην, τὴν Μεθώνην, τὴν Εὐβοίαν καὶ Πτελεόν, ἀπὸ τοῦ 1365 δὲ διὰ τὴν Κρήτην, ὅτε κατεπνίγη ἡ ἐπανάστασις. Ἀκολουθοῦσιν αἱ ὁδηγίαι πρὸς τοὺς προνοητὰς τούτους καὶ οἱ περιορισμοὶ τῆς δικαιοδοσίας των. 1369, Μαρτίου 4.

F^o119^{to}

Millesimo trecentesimo LXVIII, die quarto mensis Marcij.

Capta.—Quia inter alia que sint utilia et necessaria statui et conseruationi nostre est habere uiuam mentem et prouisionem de locis nostris Coroni, Mothoni, Nigropontis et insule Crete, que loca bene possunt appellari, oculus et manus dextra communis Veneciarum; et sicut quilibet foris potest considerare, quia illa loca sunt longinqua et remota a nobis, multa et multa commissa sunt que omnino requirunt reformationem et dilatando tempus, non potest fieri peius, quia mala continue crescunt et contrafit intentioni terre, et in malum exemplum aliorum per futura tempora; uadit pars in bona gratia, pro conforto et bono et conseruatione dictorum nostrorum locorum et ut subditi et fideles nostri uideant dulcedinem et benignitatem nostram innibendo, quod aliquis tortizetur contra debitum rationis, quod elligantur tres provisores sollemnes per quatuor manus ellectionum in Maiori Consilio, quibus committatur, quod primi uadant in Candidam, ubi conferant cum Ducha, consiliarijs et capitibus nostris, et habita collatione in simul, quando eis uidebitur utile, faciant publice cridari, quod omnes uolentes se conqueri uel aggrauare de extorsionibus, grauitatibus, uiolentijs, uel alijs malis, que quomodolibet recepissent, si rectoribus et officialibus nostris,



qui fuissent in partibus illis a tempore, que recuperauimus ciuitatem Candide
 citra. Et de alijs locis Coroni, Mothoni, Nigropontis et Phetelei, dicatur a x
 20 annis citra, debeant comparere coram eis ad deponendum ordinate querellas suas,
 et ad dandum testificationes, probationes, et oppositiones suas, assignando eis
 illum terminum, et terminos, qui sibi uidebuntur. Et omnes querellas, cuiuscunque
 conditionis existant, probationes et testificationes per modum predictum, quas illi
 uolunt producere, dicti prouisores faciant ordinate poni in scriptis, obseruando
 25 modum in inquisitionibus, accusationibus, testificationibus et querelis, sicut faci-
 unt et obseruant nostri Aduocatores comunis in Venecijs, non impediendo se
 de rectoribus et officialibus, qui modo sunt missi ad partes predictas, qui rema-
 neant cum condicionibus, quibus sunt missi. Et omnia que examinauerint et fece-
 rint dicti prouisores, teneantur ordinare in suo reditu conducere Venecias; et
 30 cum applicuerint Venecias, omnino, infra duos menses sub pena librarum $\frac{c}{v}$
 pro quolibet eorum, teneantur expediuisse et placitasse predicta in consilijs
 ordinatis, sicut possunt facere et faciunt aduocatores habendo partem, de con-
 demnationibus que, fient propterea in consilijs ordinatis, sicut habent nostri
 aduocatores Comunis. Et si aliquis dictorum trium prouisorum exiret de Vene-
 35 cijs, quia foret electus in regimine, uel aliter, aut uacaret alia de causa, non com-
 pletis predictis, alij duo socij, uel unus eorum, qui se reperiet, placitent et expe-
 dian predicta, ita quod finis debitus imponatur. Verum si omnes tres prouisores
 predicti exirent de Venecijs pro Regimine, uel uacaret alia causa, ita quod nullus
 eorum posset placitare et finem imponere, tunc assignentur omnes scripture
 40 predictae aduocatoribus Communis, uel ille, que restarent ad expediendum
 domini aduocatores teneantur sub pena predicta pro quolibet eorum, et ad
 terminum predictum dare expeditionem dictis factis, et facere uiuaciter dictum
 officium suum. Et Ducale Dominium teneatur pro expeditione predictorum tam
 tribus prouisoribus, quam aduocatoribus Comunis, dare consilium et consilia,
 45 que uellent, et non denegare, sub pena librarum L pro quolibet contrafa-
 ciente. Expediti uero de Candida, uadant ad alias rectorias insule Crete, ubi
 similiter audiant, faciant et obseruent in omnibus et per omnia ut de Candida
 superius dictum est.

Et expediti de insula Crete uadant Nigropontem, ubi audiant causas,
 50 que grauitates et mala a x annis retro tam de Insula Nigropontis,
 quam rectoria Phetelei ut supra dictum est. In fine uero uadant Coronum et
 Mothonum, ubi similiter audiant, seruent et faciant ut de Nigroponte superius
 per ordinem dictum est, et expediti deinde Venecias redeant. Et teneantur
 isti prouisores recedere cum una galea Culphi et ire cum ea per illum modum,

et sicut ordinabitur per consilium Rogatorum. Et non possint facere nec fieri 55
facere de mercationibus ullo modo in dicta prouisoria, nec etiam possint
recipere donum, nec presens ab aliqua persona et teneantur morari et habitare
in simul, et non diuisi, pro bono factorum.

Et habeant de salario libras $\frac{c}{v}$ pro quolibet pro primis tribus mensibus,
et abinde in antea libras quinquaginta in mense pro quolibet et debeant 60
habere duos domicellos pro quolibet, unum notarium cum uno famulo et unum
cochum inter omnes, et possint expendere in omnibus expensis, quomodocumque
occurrentibus pro se et familia predicta tam in mari, quam in terra, ducatos qua-
tuor in die inter omnes, et respondeant die, qua elligentur, uel alia, per diem.
Et non possint refutare sub pena librarum cc pro quolibet eorum; et non 65
possit aliquis accipi in dicta prouisoria, qui fuisset rector in dictis locis, tem-
poribus superius limitatis. Et ab ista ellectione non excludatur nisi pater, filius et
frater illorum, qui fuissent ad regimina predicta temporibus predictis supralimi-
tatis. Et possint predicti prouisores placitare omnes personas, exceptis patre, filio
et fratre; et possint accipi de omni loco, exceptis procuratoribus, patronis 70
arsenatus et consulibus mercatorum.

Insuper pro bono status nostri obseruetur de cetero hec prouisio, de
mittendo istos prouisores de quatuor in quatuor annis ad dictas partes, cum
omnibus condicionibus supradictis, et consiliarij et capita, qui erunt per tem-
pora, teneantur predicta seruare sub debito sacramenti. Et si consilium etc. 75
Electi fuerunt prouisores: Ser Nicolaus Valaresso, ser Nicolaus Faledro, ser
Andreas Triuisano. 77

16

Ἑπεξηγηματικὴ τῆς προηγουμένης ἀποφάσεως, προνοοῦσα περὶ τῶν καθηκόντων, τῶν ἀπολαυῶν καὶ
τῶν δαπανῶν τῶν ἐκτάκτων τούτων προνοητῶν. 1369, Μαΐου 22.

Fo 121^{to} Millesimo trecentesimo LXVIII, die 22 Maij. 1

Capta.—Cum inter alia commissa prouisoribus ituris in Cretam, Nigropontem,
Coronum et Mothonum contineatur, quod faciant publice clamare, quod omnes
uolentes conqueri uel agreuari de extorsionibus, grauitatibus, uiolentijs, uel alijs
malis, que recepissent a rectoribus et officialibus nostris, qui fuissent in partibus 5
illis a tempore, quo recuperauimus ciuitatem Candide citra, et querellas suas, et
ipsi prouisores recipiant testificationes suas et probationes etc., et nulla specialis
mentio fit, quod dicti prouisores debeant inquirere, si per dictos rectores et offi-
ciales facta sunt aliqua damna uel extorsiones contra nostrum Commune; uadit
pars, quod addatur in commissionibus eorum, quod teneantur inquirere si damna, 10
uel extorsiones facte sunt per dictos rectores et officiales contra nostrum Commune